



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei  
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

**Ammiani, Sebastiano**

**Venetiis, 1562**

Veritas triplex.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30415**

CHRISTIANA

**1. Te. 5.** mines. Tertium est patientia, ut iniurias illatas patienter sustineat, & per patientiam fratres reuocat ad concordiam. Tessa. Patientes estote ad omnes, uidete ne quis malum pro malo reddat, sed semper quid bonum est sectamini inuicem & in omnes. Quartum est ut mores graues sociorum supporret. Gall. Alter alterius onera portantes & c. Quintum est charitas, per quam sibi inuicem seruiant. Mutua seruitia nutritiua sunt charitatis.

*Veritas triplex.*

**C**Ordis, oris, & operis. Cordis, ut illa loquatur & agat homo, sicut habet in corde, non contra conscientiam, non contra mentem; sunt enim qui ueritatem habent in corde, sed uolunt eam profiteri ore, aut propter erubescenciam, aut timore, aut amore, quod quidem peccatum est. Zach. loquimini ueritatem unusquisque cum proximo suo. Et P. Augustinus. Quisquis meriti cuiuslibet potestatis ueritatem occultat, iram dei super se prouocat. Oris, ut uera loquatur, & uera sint quae loquitur. Sunt enim aliqui qui ueritatem habent in ore, sed non

in corde. De quibus Ecclesiasticus. **Eccle. 2**  
 Væ duplici corde, & labiis scelestis.  
 Labia scelesti sunt labia excommuni-  
 cata, quæ à corde separantur, sicut,  
 quando aliud sonat in ore quàm sit in  
 corde. Ideo Matt. Sit sermo uester **Matt. 7<sup>a</sup>**  
 est, est, non, non. Sicut est in corde,  
 sic proferatur in ore, alioquin pecca-  
 tum esset. Isidorus. Omne quod à **Isydo.**  
 ueritate discordat, peccatum est.  
 Operis, ut iam ostèdat in opere, sicut  
 loquitur in sermone, uel sicut osten-  
 dit in habitu. sunt enim qui uerita-  
 tatem non habent in opere, sed di-  
 cunt ore, uel ostendunt habitu. Ec- **Ecc. 37<sup>a</sup>**  
 clesiasticus. Anima uiri sancti, annun-  
 ciat uera. & c.

*Voluntas propria tria  
 mala facit.*

**P**rimum est, quia hominem in quo  
 est propria uoluntas, furem facit.  
 Ille enim qui est in religione, de-  
 bet propriam uoluntatem abnegare,  
 alioquin non sequeretur dominum.  
 Matt. Siquis uult uenire post me ab- **Mat. 21**  
 neget semetipsum & c. Luc. Qui non **Luc. 14<sup>a</sup>**  
 renunciauerit omnibus quæ possi-  
 det & c. Ergo qui propriam uolunta-  
 tem sequitur, seipsum deo subtrahit.